

dictum Bald. ubi supra, practicum fuisse iam in Regali Cancellaria Vallisoleti, eodem modo seruari debet in nostris terminis; Quandoquidem est poena & potest mora purgari, quia ius actoris non est factum deterius.

6 Tertio & precipue in fauorem debitoris allego, quod instrumentum obligationis, quod nunc exsequitur, non est subscriptum a debitore, & sic est nullum: ita expresse decidit l. 13. tit. 25. de los escriuanos, lib. 4. Noue Recopilat. Regal. ibi, si las partes las otorgaren, las firmen de sus nombres, & ibi, que los escriuanos sean ansados de no dar escritura alguna signada con su signo, sin que primeramente al tiempo del otorgar de la nota, ayan sido presentes las dichas partes, y testigos, y firmando como dichos es, & ibi, y se haga todo lo suso dicho, so pena que la escritura a que de otra manera sediere, sea en si ninguna. Sed quod nullum est, exsequutionem non meretur, ut in l. 4. §. condemnatum, & ibi Doff. de re iudic. Ergo exsequutio predicta omnino venit annullanda. Et secundum hoc consilium fuit pronuntiatum. Laus Deo.

SVMARIA.

Lex 23. tit. 7. lib. 7. Noua Copilat. loquitur tantum in fundis herba, non vero in illis, qui ad pastum & culturam locantur, & ibi de d. l. intellectum late agitur, & num. seq.

Leg. 22. eiusdem tit. intellectum.

CONSILIVM XXXIV.

Fundamentum rusticorum agentium contra Dominum Ferdinandum id solum est, nempe, quod Regia pragmat. que habet, Vi habentes pecora & fundum herba conduci teneantur eam parte herba, qua eis supererit, alius prestare pro eodem pretio, quod sibi consistit ab eis, villo lucro, procedat & extendatur ad alios fundos, qui ad pastum & culturam simul locantur, tam in cultura, quam in pastu: ita scilicet, ut culturam possint retrahere alii pro eodem pretio, & hoc per aliam pragmaticam statim sequentem, que precipit, Vi fundi cultura reducantur ad pastum. Quo fundamento nisi petunt, ut nominentur estimatores, qui estimant partem fundi, quam ipsi conductam habent a predicto Ferdinando ad culturam, & postea coluerunt & seminauerunt iuxta pretium, quo totus fundus locatus fuit ipsi Ferdinando, eam que estimationem, que predicto modo facta fuerit, sunt parati soluere, non vero amplius, licet alio modo sint obligati in instrumento publico, scilicet, prestare certam frumenti quantitatem pro predicta cultura, hoc est, parte fundi culta.

1 Sed hoc fundamentum falsum est: ideo Dominus Ferdinandus venit de iustitia omnino liberandus & absolendus a petitione actorum, & precipiendum est, ut ipsi soluant iuxta tenorem instrumenti & actionem factam inter easdem partes, quando contractus culturae fuit celebratus: quoniam dicta pragmatica, que de herbis loquitur, que hodie est l. 23. tit. 7. lib. 7. Noua Copil. Regia, loquitur tantum in fundis herba, non vero in illis, qui ad pastum & culturam locantur. Cum igitur lex hanc sit correctoria, exorbitans & poenalis, extendi non debet ultra casum, in quo loquitur, ut sunt iura vulgaria. Præmaxime cum ipse reus optime probauerit, licere iuxta antiquam consuetudinem conducere fundos ad pastum & culturam, & postea eos in totum, vel in partem aliis locare pretio ab eisdem conuento absque vlla poena: hocque esse maxime vile Reipublicæ rationibus de quibus in processu.

2 Nec obstant altera pragmatica, que de reductione fundorum culturae ad pastum loquitur, que hodie est l. 22. cod. tit. & lib. 7. quoniam predicta reductio non

ideo fieri iubetur, vt cultura eodem pretio praestetur, sicut pastus, prout aduersi perperam volunt intelligere. Sed ne pastus antiquus minuat, sicque pecora eocareant in maximum Reipublicæ detrimentum, vt constat ex ipsa lege, & magis conuincitur ex eo, quod in dicto nouo libro legum Regiarum priori loco constituta sit hæc decisio, quam illa de herbis. Vnde minime, saltem sano modo, percipi potest, vt lex præcedens de prædicta reductione loquens spectet ad decisionem l. seq. Re&ius igitur (si aliud Legislator voluisset) prius collocasset legem alteram de fundis herba locantem, vt mens ipsius intelligeretur repetita in lege sequenti.

Præterea anima prædictæ constitutionis Regiæ, que de prædicta reductione loquitur, est, ne pastus antiquus minuat, vt dictum est, & carnes cariore fiant, ad hocque precipue venit dicta pragmatica, que est anni 1552. del remedio de las carestias: Non vero ad id, quod aduersi prætendunt. Id enim si verum esset, reductio prædicta fieri minime præciperetur, sed directe statueretur, vt fundi etiam culturae eodem pretio, quo fuerunt conducti, aliis locarentur, possentque deinceps rumpi & ad culturam redigi, quatenus ab illis annis citra, de quibus in eadem lege fit mentio, nouiter rupti fuissent, & expresse contradicit ipsi legi, sicque nullo modo pati potest lex illa sensum, quem ei actores assignant.

Vterius intentum nostrum probatur ex altera pragmatica, de las yeruas, in illis verbis, la aya de dar, y de a otro que tenga ganado. Quo fit, vt apertissime demonstratur, in pastu tantum loqui, non vero in cultura.

Item casu, quo intentio actorum procedere posset, estimatio fieri debebat omnium annorum simul, quibus idem fundus locatus fuit D. Ferdinando, alias enim ratio recte computari nequit, cum vsus huius fundi consistat in herba, cultura & glande. Glans autem res incerta est atque ignotum, quanta residuis annis prædictæ locationis erit, item valor ipsius futurus minime constat, nec constare nunc potest: sicque minime culturam tantum possunt retrahere eodem pretio, præmaxime, cum tantum id petant respectu vnius ex duobus annis, quibus susceperunt dictam culturam.

Eisdem rationibus corrui denuntiatio eorundem actorum facta aduersus reos dicentium, eos conduxisse predictum fundum, non habentes pecora contra tenorem dictæ pragmatice, cum ipsa tantum loquatur in fundis herba, vt supra dictum est, sitque exorbitans, poenalis & correctoria: hic vero fundus fuerit locatus ad pastum & culturam, ad quem non extenditur, precipue, cum rei probauerint, tempore dictæ locationis ipsos habere & solitos esse antea habere pecora, sintque optima conditionis, actores vero rustici & in firmae sortis, constatque præterea de horum calliditate & malitia, sicque præd. iuridicis & notoriis rationibus & fundamentis, que minime egent probatione nec allegatione, existimo, reos in totum absoluedos esse, actores autem condemnandos cum impositione perpetui silentii, salua dignissima correctione domini iudicis. Hæc causa postea decisa fuit in fauorem reorum, vt fuit petiitum, cumque actores ab eadem sententia appellassent, & causam cum processu ad Regiam Curiam detulissent, nullum advocatum inuenerunt, qui viso processu vellet eis suum patrocinium prestare propter notoriam iniustitiam ipsorum, & sic reliquerunt causam, & soluerunt iuxta contractum proprium, quem in prædicta lite impugnare volebant. Laus Deo.

SVMARIA.

1 Mandatum consilii in factis; Vnde (maxime ad delinquendum) non presumitur.

2 Nulla qualitas potest probari, vbi non probatur subiectum.

3 Quodocunque iudex procedit contra aliquem, tanquam auxilium præstantem, debet primo in ipso processu constare, principalem deliquisse.

4 Confessio delinquentis, asserentis commississe de mandato alterius, non nocet illi.

5 Probatio facta contra principalem delinquentem non nocet operam præstanti nec sententia.

6 Dictum mandatarium, qui acceptauit mandatum, non nocet, quem dicit mandasse.

7 Multo minus nocet facta confessio principalis, vel contumacia ex forma statuti propter absentiam.

8 Quando non procedit causa, tunc nec causam præsumo, etiam si capitales mine sine inimicitia præcesserint, quia plura sunt, que terrent, quam que nocent.

9 Non sufficit causa inimicitia in genere, non adiecta qualitate & causa inimicitia in specie.

10 Confessione vulnerati in iudicio & cum iuramento facta standum est, non vero, quod aliter extra iudicium dixerit, sequendum erit.

11 Excusatio vulnerati de aliquo persona valet, nisi liquido contrarium probetur.

12 Dominus iniuriatus ab aliquo si dixerit famulo suo, dominus reuertaris, donec aliqua noui sentiam de tali negotio, & postea famulus occidat illum, qui dominum iniuriauerat, adhuc non presumitur, dominum mandasse illud committi, nisi rebus concurrentibus, de quibus hic.

13 Testibus inimicis nulla fides danda est: quod procedit etiam in crimine lese maiestatis, vel quocumque, alio delicto grauisimo, vt in num. 14.

15 Testis non integrus, quamuis plures sint, non faciunt fidem in criminalibus.

16 Testes non integri non admittuntur ad probandum delictum, nisi quando veritas aliter haberi non potest aliter nec habuit.

17 Minor viginti annorum non est idoneus testis.

18 Testis semel perurus, quantumcunque sit emendatus de crimine, in nullo casu etiam in exceptis admittitur.

19 Testis si unum dictum dixerit extra iudicium cum iuramento, & aliud contrarium in iudicio, etiam cum iuramento, est perurus & nullam fidem facit.

20 Testis perurus si aliqua fides danda est, eius primum dictum attenditur, non secundum: & hoc maxime procedit, si alius testis concordet cum primo dicto, vt in num. 21.

22 Primo dicto testis standum est, & non secundo, etiam si sit secundum in tortura, quando primum delictum vero similis est & inuatur presumptionibus.

23 Testis affirmans cognouisse aliquem de nocte, nisi probetur, quod lucebat luna, vel aderat aliud lumen, est suspensus de falso nec fidem facit.

24 Ad probandum famam que requiritur.

25 Fame quando constat quis fuerit principiator, non operatur plus quam illius delictum extra iudicium.

26 Fame est res fragilis & perniciosa transmissa ab his, qui desiderant de hoc famam esse.

27 Una presumtio tollitur per aliam, & indicia inquisiti debilitant contraria.

28 Contra famam admittitur probatio, & si de fama contraria probatur, de prima non liquet.

29 Diffamatio delicti probata contra reum, etiam si in contrarium nihil probetur in specie, tollitur per probationem bona fame a reo factam.

30 Probationes in causa criminali debent esse luce meridiana clariores.

31 In crimine, etiam enormi, debent probari alia solemnitates, qua in aliis criminalibus, & constare, reus esse vere delinquentem.

32 Inimicitia præcedens probatur amicitia ex tractatione & conuersatione inter eosdem subsequenda.

33 Accusati per calumniam, ne producantur a reo in testes, hoc non obstante sunt idonei testes ad defensionem.

34 Duo testes si inter se sint contrarii, non ob hoc accusari possunt de perisurio, datur tamen iudici occasio inquirendi.

35 Testes inter se variis & contrariis reducuntur ad concordiam si fieri potest, vel statatur dignioribus, & non sunt torquendi.

36 Sufficit testes in facto principali esse concordantes in his, in quibus consistit substantia negotii, licet in aliis discordent: imo, etiam si in substantia negotii in modico contradicant, non vitaret, vt in num. 37.

37 Dictum testis amittentis fassitatem aliquam, etiam scienter, dummodo non tangat negotii substantiam vel circumstantias, vel sibi contradicat in modico, valet & non dicitur varius.

38 Quando testis dicit se non vidisse, intelligitur, quod ipse sciat.

39 Dominus non tenetur pro famulo, quando est homo liber, nec eum exhibere, nisi quando eum preposuit alicui officio vel ministerio, & in eo deliquit, & non alius, nisi quando eum detineret.

40 Perens, a quem exhibere rem a se possessam, debet probare possessionem illius, si ea a reo negatur.

41 In us, que dependent ab animo & conscientia alicuius, standum est ipsius iuramento.

42 Ex verbis iniuriosis oritur caput alius inimicitia.

43 Inimicitia præcedens an & quando sit in iudicium sufficiens ad delictum postea commissum.

CONSILIVM XXXV.

Vllo processu criminali contra admodum Illustris Dominos Franciscum & Christophorum ad instantiam accusatorum fulminato, ipsos reos esse absoluedos apertissime apparet. Primo, quoniam accusatores fundant suam accusationem contra Dominum Franciscum in solo mandato de occidendo facto Petro familiari suo propter inimicitiam, quam dicunt habuisse mandantem aduersus occisum, & quod dictus Petrus exsequutus fuit postea mandatum illud occidendo, & quod illi operam præstitit dictus Dominus Christophorus. Hoc autem minime probatur in processu, nempe, mandatum nec exsequutio ipsius: quia quamuis de homine occiso constet, non tamen constat de occisore, nec de villo favore vel auxilio præstito a dicto Domino Christophoro; Vnde succedit regula iuris vulgaris, de qua l. qui accusare, c. si simil. C. de eden. §. Et præterea in specie probatur, quia mandatum consistit in facto; Vnde (maxime ad delinquendum) non presumitur, nisi probetur, vt in l. consilio, ff. de curat. furios. merito, ff. pro sic. Et in terminis, quod mandatum non presumatur, etiam si delictum committatur per famulum vel amicum, probatur ex text. in cap. cum ad sedem, de restitu. spoliar. per quem text. ita tenet Bald. consil. 98. nu. 7. vol. 1. & in consil. 383. nu. 5. vol. 5. vbi allegat Bart. idem tenentem in l. i. §. familia, ff. de public. & veltig.

Nec Dominus Franciscus obest absentia dicti Petri, quoniam nec probatur ipsum commississe hoc delictum, nec ob id abesse, & nulla qualitas potest probari, vbi non probatur subiectum, vt in l. si arbuter, in fin. ff. de probat. vt optime in proposito concludit Bald. vbi supra.

Et quodocunque iudex procedit contra aliquem tanquam auxilium præstantem, debet primo in ipso processu constare, principalem deliquisse, vt inquit additio ad Bart. in l. si quis, §. si tu Titium, nulliter, C. & ff. de fur. Quia si non constat de principali delinquentem.

DDDD



te, nemo potest puniri de auxilio; Quia ignorato principali, sequitur ignorantia accessorii, & sic auxiliatoris, & tali casu nemo debet puniri de auxilio praestito, vt cum Alexand. Ancharan. Bald. & aliis resoluit Hippolyt. consil. 81. num. 29. & 30. Ergo ita nec de mandato.

Secundo & principaliter, quia etiam si dictus Petrus esset praesens & confiteretur, se comisisse praedictum delictum de mandato dicti Domini Francisci, adhuc eius confessio minime ipsi Francisco noceret, qui dicitur ordinasse, nec quoad praesumptionem, nec quoad indicium, nec quoad hoc, vt torqueri vel grauari possit, vt in terminis decidit Angel. consil. 22. in casu positione.

Et additio ad Bart. vbi supra, dicens, alios allegans non sufficere confessionem principalem, & quod quamuis esset facta probatio contra principalem, non habet obesse opem praestanti, nec sententia lata contra eum, sed quod est necesse, contra ipsum probare delictum principale & opem: & dicit bene notandum, quia omnes sequuntur.

Imo & nec dicti ipsius, qui dicitur mandatarius, noceret, qm acceptauit mandatum, secundum Bald. consil. 429. lib. 3. Hippolyt. in sua pract. crimin. §. diligenter, num. 37. & seqq. vbi hoc ampliat, etiam si non acceptasset mandatum, quia consentit in se, non creditur in alium in delictis, vt in cap. 1. de confess. & in l. fin. c. de accusat. tradit Bald. d. consil. 98. nu. 6. lib. 1. & consil. 383. num. 4. vol. 5.

Quod si vera confessio mandatarii imo dictum ipsius cum iuramento minime nocet ei, qui dicitur mandasse committi delictum, multo minus nocet si facta confessio vel contumacia principalis ex forma statuti propter absentiam, vt in terminis tenet expresse Bart. in d. §. si tu Titium, num. 2. vbi ampliat, etiam si de maleficio alio modo contra absentem constet: & ibi eius additio, quam opinionem sequitur etiam Hippolyt. in sua pract. crimin. §. constante, num. 63. & 74.

Minus obest asserta inimicitia, quam aduersae partes sunt nisi probare inter Dominum Franciscum & occisum, quoniam ipsa non est probata sufficienter, quae etiam probata non sufficeret ad probandum nec praesumendum mandatum, ex sequentibus.

Primo, quia nulla causa inimicitiae vera nec sufficiens probatur, ex qua originem traxerit inimicitia, & quando non praecedat causa, tunc nec causatum praesumo, etiam si capitales minae siue inimicitiae praecesserint: quia plura sunt, quae terrent, quam quae nocent, vt inquit eleganter Bald. in l. 1. nu. 10. c. de seru. fugit. quem sequitur Francisc. Brun. in tract. de iudic. & tort. 3. q. 1. part. nu. 36.

Nec sufficit causa inimicitiae in genere, non adiecta qualitate & causa inimicitiae in specie, secundum Thom. Grammat. vot. crimin. 34. num. 4.

Secundo, quia vulneratus semel atque iterum: imo ter in iudicio cum iuramento confessus fuit, non cognouisse vulneratorem, nec imaginari posse, quis fuerit, nec inimicitiam cum aliquo habere, cui est standum, non vero, quod aliter extraiudicium dixerit, per text. in cap. cum Joannes, de fide instrum. & ibi Abb. num. 6. & 7. Felin. num. 10. idem Abb. in cap. cum tu, num. 2. & ibi Felin. num. 9. de testib. Bart. & Hippolyt. in l. eos, ff. ad leg. Corneli. de fals. Capol. consil. crimin. 60. Conar. lib. 2. var. resol. c. 13. nu. 7. cum seqq. Abb. Felin. in c. cum in tua, de testib. Boer. decis. 108. Praeterea exculatio vulnerati de aliqua persona valet, nisi liquido contrarium probetur, vt per textum & Doctores in l. si quis in grauis, §. si quis moriens, ff. ad Syllaniam, Paul. in l. Seta, ff. ad Velleian. Ias. in l. 1. ff. de eo per quem factum erit, Alexand. consil. 1. num. 20. lib. 3. Hippolyt. in pract. §. diligenter, num. 7. & singul. 22. Anton. Gomez. in l. 82. Tauri, num. fin.

Tertio, quia etiam si dominus iniuriatus ab aliquo, diceret famulo suo: domine reuertaris, donec aliquid noui sentiam de tali negotio, & postea famulus occidat illum, qui dominum iniuriauerat, adhuc non praesumitur, dominum mandasse illud committi, nisi tribus concurrentibus: primo, inimicitia capitali cum occiso: secundo, quod dominus alloquatur famulo ad aurem: tertio, quod post talia verba continuo sit homicidium sequutum, ita Bald. in l. 1. nu. 10. versio. & ille dicitur mandare, alias enim vbi vnum ex istis cessaret, non teneretur dominus de homicidio. Ita expresse tenet & declarat Ias. in d. l. 1. c. de seru. fugit. in 5. limit. num. 31. sic limitans & intelligens doctrinam Bart. in l. si quis mihi bona §. sed quid si mandauit, versio. pater, ff. de acquir. heredit. & eiusdem Bart. in l. si ventri, §. fin. in fin. ff. de priuil. credit. & inquit Ias. vbi supra, esse hanc mirabilem limitationem, & tenendam fixam cordi, sequitur etiam Ripa in d. l. si ventri, §. fin. num. 4. & Petr. Placa de delict. cap. 14. num. 5. & 6. fol. 131. Et ad limitationes Ias. vbi supra, se refert cum eo transiens Bernard. Diaz de Lug. in reg. 201. sequitur etiam Marc. Ant. Blanc. in tract. de iudic. num. 232. cum seqq. vol. 10. tract. diuersor. d. d. fol. 76. vbi adhuc videtur ei dura opinio, vt per supradicta tria quis possit condemnari, sequitur Brun. vbi supra.

Si igitur haec vera sunt & in praesenti casu omnia suprad. deficiunt, quae nec praecessit mandatum expresse, nec tacitum, non enim probatur, quod dominus famulo aliquid dixisset, nec praecesserit capitalis inimicitia, nec iniuria facta ab offenso vulnerato in accusatum, saltem, quod ad eius notitiam probetur peruenisse, nec alloquutio ad aurem, nec continuo sequutum sit homicidium, manifestissime patet, nullam culpam posse imputari praefato Domino Francisco, imo ipsum debere absolui, ex regula iuris vulgari, l. qui accusare, c. de edend. & in laetor, quod asseruit, ff. de probat. in b.

Testes aduersae partis nihil concludunt, sunt praeterea inimici capitales rei, vt est probatum, item varii & contrarii in suis dispositionibus, deponuntque non verosimilia. Item praesentem casum atque iniuriam, vt propriae accipiunt: sicque eam prosecuntur sollicitatores existentes in hac lite pro parte accusantium. Testibus autem inimicis nulla fides danda est, vt in l. 3. ff. de testibus, & ibi gloss. & Doctores, & in l. 1. §. praeterea, ff. de questionib. & ibi Doctores, praecipue Hippolyt. & in authent. de testib. §. si vero quis dicit, & in authent. si testis producat, c. de testib. & in cap. repellantur, & in cap. cum P. a Manchonella, & in cap. meminimus, & in cap. cum oporteat, de accusat. & vtrouique communitur Doctores, tradit late & optime Anton. Gomez. 3. tom. var. rar. cap. de probat. delict. num. 14. & Auendan. in suo ditionar. verb. enemiigo conocido, in 2. conclus. & sequentib. & Roland. a Valle consil. 24. num. 24. & sequentib. lib. 1. l. 22. nu. 16. part. 3.

Quod procedit & habet locum etiam in crimine laesae maiestatis, vel quocunque alio grauisimo delicto: quia licet in eo admittantur testes alias minus idonei, inimici tamen nunquam admittuntur, vt in cap. per tuas, de symon. & ibi Da. tradunt Ant. Gomez. & Auendan. vbi supra, estque communis sententia, secundum Rola Valle vbi supra, nu. 30. & approbatur in l. 13. tit. 16. part. 3. & in l. 6. tit. 33. part. 7. Testes autem non integri, quamuis plures sint, in criminalibus fidem non faciunt, ita Bald. in cap. ad nostram, versio. in textu, ibi, de probat. sequitur Ias. in l. au prator, §. cogentur, num. 12. ff. de edend. Hippolyt. in pract. §. expedita, num. 82. & singul. 477. Item, testes non integri non admittuntur ad probandum delictum, nisi quando veritas aliter haberi non potest actu nec habitu, Bartol. in l. 1. §. hoc autem, ff. ad Syllan. Abb. & Felin. in cap. de cetero, Felin. in cap. quosdam, de praesumpt. Ias. in l. fin. num. 6. & 7. c. de his, quibus vt indig. & in l. cunctos populos, nu. 72. in l. 1. l. 1.

in 1. lect. & num. 50. in 2. lect. C. de summa Trinit. & fide catholica. Bernard. Diaz in reg. 759. l. limitat. Carrer. in pract. crimin. §. in textu ergo, vbi, num. 33. & sequentib. fol. 73. & q. d. Boss. in sua pract. in rubric. de indicis & considerationibus ante torturam, in num. 167. & sequentib. fol. 191. & latissime Auendan. respons. 31. num. 3. 4. 5. & 6. Roland. a Valle consil. 24. num. 67. & sequentib. volum. 1. Au-

land. a Valle consil. 24. num. 67. & sequentib. volum. 1. Au-

land. a Valle consil. 24. num. 67. & sequentib. volum. 1. Au-

land. a Valle consil. 24. num. 67. & sequentib. volum. 1. Au-

land. a Valle consil. 24. num. 67. & sequentib. volum. 1. Au-

land. a Valle consil. 24. num. 67. & sequentib. volum. 1. Au-

land. a Valle consil. 24. num. 67. & sequentib. volum. 1. Au-

land. a Valle consil. 24. num. 67. & sequentib. volum. 1. Au-

land. a Valle consil. 24. num. 67. & sequentib. volum. 1. Au-

land. a Valle consil. 24. num. 67. & sequentib. volum. 1. Au-

cundo dicto velit testificari de cognitione hominis de nocte. Quonia testis affirmans se cognouisse aliquem de nocte, nisi probetur, quod laceret luna, vel aderat aliud lumen, est suspectus de falso, fidemque non facit, vt per Bald. in l. Aretusa, num. 3. ff. de statu homin. Capol. consil. crimin. 32. num. 8. & casu. 229. Angel. de maleficio in part. comparant delinquenti, gloss. in l. 3. tit. 8. lib. 2. for. Ias. in l. non minorem, num. 4. c. de testib. & in l. fin. non specialit. num. 10. c. de testament. Felin. in cap. cum causam, num. 5. de testibus, Hippolyt. in rubric. C. de probationib. num. 107. & in l. 1. num. 66. ff. de questionib. & optime quasi in proposito loquitur Roland. a Valle consil. 7. num. 28. & seqq. lib. 1. & Celsus consil. 62. num. 5.

Non obstat etiam asserta fama, quam partes aduersae nisi sunt probare, quia illa minime est probata cum suis requisitis necessariis, vt constat ex latissime traditis per Bartol. & Hippolyt. in l. de minore, §. tormentis, versio. plurimum, num. 48. & sequentib. ff. de quest. & in l. fin. eodem tit. & Angel. de maleficio in part. fama publica, Gandin. in eodem tract. in rubric. a quo vel a quibus possit fama incipere & a quo tempore per totam, & in rubric. sequent. qui ad facta ne proba in nem possint admitti & debeant, Marc. Blanc. in tract. de indic. num. 311. & sequentib. volum. 10. tract. diuersorum Doctorum, fol. 79. Salycet. in l. ea quidem, c. de accusat. Capella Tholosana, 379. & ibi gloss. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 30. part. 7. Roland. a Valle consil. 3. num. 48. & sequentib. lib. 1. Anton. Gomez. 3. tom. cap. de tortura reorum, num. 10. & Thomas Grammatic. vot. 34. num. 14. & sequentib. Vbi in specie requirunt ad probandam famam, quod sit vniformis, nec de ea sit contradictio apud peritos, & debet esse solida, inconcussa, crescens, non vaga, non leuis, nec contraria. Item requiritur probari, quod habuit originem ex probabilibus causis, quae inducunt populum ad sic credendum & dicendum, alias non esset fama, sed magis vana vox populi, quae non debet exaudiri. Item, quod testes deponant non interrogati de causa, de personis si de dignis, honestis, grauib. & antiquis, non odiolis, nec consanguineis, a quibus fama originem traxerit. Item requiritur, quod audierint a maiori parte hominum ipsius loci, & nominare aliquos in specie, etiam non interrogati. Item debet probari per testes discretos & bonae fama, non inimicos, alias nihil valet probatio. Item, quod fama praecesserit de delicto ante inquisitionem formatam, & non post, alias non potest dici fama probata: & testes ad probandum famam debent esse prauidi, viri honesti & omni exceptione maiores, antiqui & graues & honestae & bonae opinionis. Et inquit eleganter Bald. in cap. uenens, el. 1. num. 8. de testib. quod si constat quis fuerit principator fame, non plus operatur quam illius dictum extra iudicium. Sed in praesenti constat Igitur, &c. Et fama est res fragilis & perniciosa, transmissa ab his, qui desiderant de hoc famam esse, vt cum Bart. & Bald. tradit Paris de Puteo in tract. syndico. in part. quidam latro famosus, num. 5. fol. 300. in paruis, & ibi, quod fama non probat aliquem criminis esse. Ex quibus omnibus constat manifestissime, minime quidem esse probatam famam in praesenti casu. Praecipue, attenda probatione reorum in contrarium facta circa dictam assertam famam, quod processerit ab eisdem partibus aduersis & inimicis, & quod apud viros graues & honestos, & absque rancore est publica vox & fama, quod accusati sint inculpato de hoc delicto. Et per praesumptio tollitur per aliam, & indicia inquisiti debilitant contraria, vt tradit alios allegans Thomas Grammatic. vot. crimin. 34. num. 18. 19. & 20. Et contra famam admittitur probatio, & si de fama contraria probatur, prima non liquet, vt bene probat Auferri. vbi infra statim allegabunt, & alios allegans Roland. a Valle consil. 3. num. 58. & seqq. vol. 1.